Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

exierunt. et me potestati illorum reliquerunt. Tunc
demones iussu sui principis. cum acutissimis igneis
cultris in me irruerunt. et unus a capite alius a pedibus in
cipiens. me exuiscerare ceperunt. Et nunc cum simul
uenerint morior. et ad inferna ab eis rapior. In hac
uoce miser miserabiliter moriens. trahitur ad tormen
ta. quia uiuens neglexit penitentie medicamenta.
Hec ideo uobis retuli fratres. et karissimi mei. ne dum bene possi
tis differatis. ad bonum conuerti. Ad mercatores.
Nunc uos hortor qui mercatores estis. ne tan
tum terrenis lucris inhietis. ut animam uestram ue
nalem faciatis. et eam fraudibus periuriis. mendaciis.
perdatis. cauete ne simplices et ignaros decipiatis.
ut eis inutile pro utile uendatis. Omnium nationum
ministri estis. dum eis periculis fluminum. periculis la
tronum. periculis in itinere. periculis in solitudine. quaeque
necessaria defertis. Itaque omnes gentes debitores
sunt uestro labori orationes fundere. quam gratiam karissimi
non debetis uiliter amittere. Ne hec uerba uento dentur.
hoc exemplo in cordibus uestris solidentur. Quidam solitarius
a deo peciit sibi reuelari. cui in premio debeat coe
quari. Cui uox diuina retulit. quod non dum ad mensuram
mercatoris. ad se nunc uenientis peruenerit. Huic
mos erat. quod quicquid libere cara deo seruientibus deferebat.
et tunc uisitare fratres nauigio ueniebat. Cui solitarius
occurrens dixit. cur in fluctibus uagaretur. cum sit